

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Commentum super Cantica canticorum**

**Gregor <I., Papst>**

**[Basel], 13. März 1496**

Capitulum I

[urn:nbn:de:bsz:31-313445](#)

## Expositio beati Gregorij pape

dam ad contemplationem dei scalam fecit: ut dum primi in seculo bene gerunt honestas postmodum etiam honesta seculis spiciantur: ad extremum vero dei intima conspiciantur. Sic autem generaliter ex voce sancte ecclesie aduentus domini in hoc operare prestolatur: ut etiam specialiter unaqueque anima ingressum dei ad cor suum tanquam adiutum sponsi in thalamum aspiciat. Itaque in ea ecclesia diu prestolans aduentum domini diu stites fontem vite: quomodo oportet videre presentiam sponsi sui: quomodo desiderer plicat.

### Explicit prologus.

## Expositio beati Gregorij papae super Lantica cantorum feli citter incipit. Capitulum. I



**O**culum me osculo oris sui. [Os] sponsi inspiratio Christi. Oculum oris: dulcis amor inspirationis. Picit ergo sponsi de siderio etiatis: et in amplexu sponsi sui inardescens. Osculet me osculo oris sui. Ne si diceret: Ille quem super omnia immo solu diligitor: veniat qui dulcedie sue inspirationis me tangat: quia cum eius osculum sentio: subita imitatio me derelinquit: et in eius similitudinem illuc liquefacta transformat. Fastidit quippe sancta mens omnia que corpus sentit: et in illa spiritualia tota transmutari concupiscit. Et dum ista obstrepet: in illa fugit: sequebatur abscondere ne hec sentiantur: appetit. Ideoq[ue] oculum sponsi queritur: quia si illa gratissimi amoris vinculo hic non trahit. Nec vi sue molestissime graedinitis detrahatur: quomodo se ad illum conferat omnino non inuenit. Sed prius ipsa anxietate eius sentiens: amorem dignos: votum exaudiens: osculum porrigit: et

ne desiderio lacescat: gustu sue suavitatis lenitur: et dum suam presentiam exhibet: eaz ad matutinum dilectionis osculum accendit. Unde hec illius sentiens ad eum se convertit: et quem presentem habet: mox gaudens voce mutata alloquitur: et dicit:

**B**Quia meliora sunt vbera tua vino flagrantia vnguentis optimis.] Vbera Christi: dilectio dei et proximi. Ex his vberibus sponsam suam lacte pie tatis nutrit: et inter temptationum turbines his etiam fouet: et nutrit: et perficit reficit. Quid autem per vinum: nisi cura temporis exprimit? A qua mens secularis cuiuslibet inebrat: ut ad inuisibilium cognoscenda aut ex toto: aut pene infensibilis reddatur. Sed vbera sponsi vino meliora existunt: quia illud necat: hec nutrit. Illud oculos metis turbat: hec acuit. Et illud apostolare facit etiam sapientes: hec ipsos ideot: s vnoq[ue] sapietissimos faciunt. Quae quot vicibus sponsa cum dilectionibus vbertate fugit: tot sententias sapientie in ventre memorie trahit. Charitas enim sancta cor pacificat: mente in temptationibus roboretur: et sedes sapientie sit anima iusti: quem tribuit: et locum preparat. Hec vbera vnguentis optimis flagrat: quia odor est suavitatis per sapientem verba: et sanctitatis exempla secum portauit. Quicunque enim sancta charitate per gratiam dei se reficit: is spiritualium donorum et odore et suavitatem sentit. Quoq[ue] bonorum vbertate proximos quosq[ue] ad interiora gustada secum trahit: et ut in amorem diuinum conualescat: istis vberibus nutrit.

**L**oleum effusum nomen tuum.] Nomen sponsi Christus est. Sed nomine sponsi quasi oleum effundit: quia quicunque nomine christiano in veritate censemur: et charitate sancta affluunt: quia molliuntur: et ut flammulas exemplar emittant: eadem charitate suffunduntur. Hac charitate in amore Christi ipsius Christi vehementius accenduntur: et ab ipso accipiunt: quo ei amplius inhereat quo perfunduntur. Hinc est quod sequitur.

super Cantica cantorum Cap. I

**D** Ideo adolescentule dilexerunt te.] **Q**uid est per adolescentulas nisi sancte anime designantur que baptismatis aqua per spiritum sanctum regenerantur in nomine Christi vitam per nouum testamentum transformantur? **A** Que propter olei effusionem Christum diligunt: quia ad gratiam vocate in eo suavitate vite perpetua inueniunt. **P**ro cuius suavitatis dilectiones omnes mundi fastus et divitiae respundunt. **S**unt enim nonnulli qui ita deum diligunt: ut seipso contempnatur: in interiora se rapiunt: ut deum inueniantur. **E**t quia deus in superficie non iacet: meditatioibus laborant: subtilissime cogitationes suas examinantur: et lectionibus vacante quod deus inueniatur omnimodis perquirere non cessant.

**H**i profecto odorem vnguentorum sentiunt: et olei infusione se inungunt: quia dum omnem putredinem viciorum abiecuntur: et flores sibi inueniuntur: quorum compositione suave olentia deo faciente conficiuntur. **Q**ui eiustmodi est desiderio estuar: et quasi nihil habeat semper malora exoptat: et quia sibi virtus non suppetit: in deum inhibitas trahi se postular dicens:

**E**brae me post te: currem in odore vnguentorum tuorum.]

**N**on currat qui non trahit: quia quem diuina gratia non adiuuat: molestia sue corruptiois grauatur. **G**ratia quippe divina nos preuenit: et internoz dulcedine nobis ostendens de exterioribus nos compungit: moxq; in illa transiens animus: per eorum dilectione temporalia vilipedit. **I**ste ergo quia trahit currit: quia vinculum amoris libenter sequens: gracie robozatus: amore sine grauenda obstacula omnia transit. **A**ec mirum: cum vnguentorum odorem sequitur: et quia cum spirituum donorum suavitatis sentiat: quid est in hac temporalitate cuius desiderio anima sancta sponsa Christi: ne in illa speraret teneatur. **T**ibi quippe lenitatem vnguento gaudet: et dum naribus discretis spirat: charitas sibi suauiter olet. **H**inc est: quia a sin-

gulari numero ad pluraliter transit: quia in dilectione dei etiam preceptum: quod de proximi dilectione nos ammonet inuenire: quo instructus erucat nobis foras: quod gaudi suavit suauiter intus dicens:

**F** Introduxit me rex in cella sua.]

**Q**uid per hunc sponsum: qui rex est cella regis intelligimus: nisi sancte scripture arca chana que rimamur: nisi sancte contemplationis mysteria: quoz delicias si resuscimur mox coualescimus? **I**n illa proculdubio quiesce introducitur: ola temporalia mox consumptur: quod eternis ditatur. **I**deo sequitur.

**E**xultabimus et letabimur in te: memorae vberum tuorum super vinum.]

**S**ancta anna sponsa Christi in sponsi sui deliciis exultat: dum corporalia respuit: et in spiritualibus se occultat: eundem sponsum delicias suas facit: in cuius respectu mundana omnia non curat. **S**ed hec in memoria vberum agit: quia dum recolit quanta charitate Christus eam dilexit: qui sanguine suo eam mortales in cruce redemit: et quotidiane eam in sinu ecclesie matris eiusdem sanguinis lacte nutrit: per dulcio magis ac magis in eius dilectione intendit. **Q**uod lac bene super vnum dulce esse dicit. **P**er sanguines Christi misericorditer educariuntur: qui per legis litteram severo prius costringebantur: per quam dilectionem adimpleruntur: quod dicitur: **H**ec recti diligunt te.]

**R**coli utique Christum diligunt: quia qui cuic adhuc per distorta vicioz ex desiderio curruntur in rectitudinis linea semper offendunt: Christum iusticie auctorem Christum omniuno diligere non possunt. **T**unc vero homo vere per viam veritatis incedit: cum et opera virtutis exequitur: et tamen peccata semper agnoscit. **I**deoz sequitur et dicitur: **M**igras sum sed formosa: filie Hierusalē quasi tabernacula cedar: sicut pellis salomonis.]

## Expositio beati

Gregorij pape

**M**igrā quippe et formosam sancta anīa se bene dicit: quia semper et turpitudinē peccatorū perspicit: et inde illius iusticie quā in intimis videt: in exterioribus acti bus secū solerter formā gerit. Que bene sicut tabernacula cedar nigra: et sicut pel lis salomonis formosa dicit: quia in qua nū tenebras mortalitatis portat: nigredine corruptiōis sordidae. Cedar em̄ tque bre interpretat̄: salomon vero qui xp̄m si gnificat pacificus dic̄t̄ formosam Ergo se sicut pellem salomonis dicit: quia dū san ctos quosq; qui ad imitationē xp̄i se mor tificat imitari nō negligit: eoz vtq; pul chitudini per similitudinē se iungit. Ne vero proximi in eius nigredine intenden tes minus exempla bonoꝝ eius ad imitationē diligant: turpitudinis causam satis faciente offendit̄ ab admiratiōe sua filias hierusalē repellit dicens:

**M**olite me considerare q̄ fu sca sim: quia decolorauit me sol.

**P**er solem xp̄us significat. Sol ergo eā decolorauit: quia quantilibet fulgeat anima in cōparatione xp̄i fulgoem amittit. Sunt quippe nonnulli: qui in hac nocte mūdi velut stelle hoībus fulgent lumina ria primis appareat: sed mox ut iusticie xp̄i se comparat: quasi sine luce sunt: qui bene in cōparabilitate prius hoībus lucebant. Qualiter vero ad hoc peruenierit: ut aliquantulus luceret: oñdit̄ cū subiugit.

**F**ilii matris mee pugnae runt contra me: posuerunt mercedem in vineis.)

**A**pter sponse sancta ecclesia: filij matris sancti apostoli existerūt. Ante apostolox quippe predicationē pene totus mūdus rebellis extitit: oīs pene alā idoloꝝ se cul tibus sordidauit: et cupiōditates sceleratas accumulauit. Apostolox vero predicationē superuenientes: p̄tra oēs verbo pugnauit in multis regnū demoniū expugnauit et regnū xp̄i: id est sanctā ecclesiā ampliauit. Juncta ergo xp̄o et sanctificata congre

gationē apostoli custodē in vineis posuerūt: quia primos credētes in ecclesiis per mundū vt eas et congregarent et custodiārēt: disperserūt. Cuius dispersiōis causa ostendit̄ dicens:

**V**ineā meā nō custodiūt. Quid p̄ vineā singulāriter: nisi indea designat̄: que a se fideles expulit: qz custodiri aspernabat. Predicatiōe quippe ex pugnara et sponsa xp̄i facta: anima dilectio ardēt: et inquirendo cū quem diligit in intimis se exercet dicens:

**I**ndica mihi quē diligit anima mea: vbi pascas: vbi cubes in meridie: ne vagari incipiām per greges sodaliū tuorum?]

**I**n meridie xp̄us sub umbra pascit et cibat̄: quia in refrigeratiōe spiritussancti sibi quasi requie et pastū parat. Per meridiem quippe ardor vicioꝝ exprimit̄. Per umbra vero spūalis gratie statu designatur. Meridie ergo feruēt in umbra xp̄is requiescit: qz duū in reprobis estus vicio rū flagrat: ip̄e sponse sue spiritū refrigeri tribuit: et in ea sibi delectabilē locū quietis efficit. Sed hec sibi sponsa indicari de posuit: qd nulli vñq̄ declarat̄: nisi ei qui eiusdē sanctificatricis gratie munus percept̄. Quare vero ad hec p̄cipiēda estuet manifestat cum subdit̄.

**N**e vagari incipiām per greges sodaliū tuorum.]

**V**ere in quo xp̄s non cubat vagat̄: quia mens: quā ille suavis et ponderosus xp̄i spiritus nō implerūt: multis cogitatiōibus dissoluta circumferit. Sed qui sunt sodales xp̄i: per quoꝝ greges sponsa vagari pertinet̄: cit̄: nisi falsi xp̄ianit̄: qui aut ob non minis soluſante etiā sacramentox cōmunione fratres xp̄i vocant̄: qz electis quos ip̄e fratres vocauit: in ecclesia cohabitādo sicut. Quoꝝ multitudines bene per exprobrationē greges appellant̄: qz duū quasi irratioabilia anīalia sine ordine viauit: seductoribus spiritibus ad deuozān-

# super *Cantica canticorum* Cap. I

cum tradunt. Per huius greges vagantur quisquis ab intimo desiderio expulsum reprobos stultitiam per similes cupiditates imitatur. Hos quippe electi cum moleste patiantur: per eos persecutionem probantur: inuidores ad eterna bona perducuntur. Unde amonet sponsa cum ibi per increpatiōē dicit:

**O** Si ignoras te o pulchra inter mulieres: egredere tibi post vestigia gregum.]

**S**i ignorat se sponsa egrediatur: et abeat: quod quis nesciat fessi hoc posuit: ut te pratiodes per lufferentiam vincat: a familiaritate Christi recedit: quod in bello positus: cum domino pugnare recusat. Scinditur est enim orbis qui in temptationibus sumus contra aeras potestates pugnare propicimur: quod sine victoria coronari non possumus. Et si aduersarius deest: nec est quem vincamus: ideo corona deerit: quia non nisi vincentes capimus. Hoc qui ignorat in bello est: et quasi in pace exultat: et eo frequenter vulneratur quo securior est: quod nescit videre quem caueat. Digne enim a pugnatoribus secessit: ut vestigia gregi sequatur: quod dum prudentes quosque imitari negligit: necessarios reprobos sequitur: quos stultitia brutis animalibus fecit similes.

**P**er pasce hedos: tuos iuxta tabernacula pastorum.]

**P**er hedos: immude cogitationes desingnantur: per tabernacula pastorum conuenticula hereticorum exprimuntur. Quia ergo pugnare nescit: iuxta tabernacula pastorum hedos pacit: quod quisquis obstatibus temptationum gladiis viriliter non resistit: immundas cogitationes quasi hedos lascivios in corde nurrit: et efficit etiam similes qui a fide recedit. Anima vero que sponsa Christi effici coepit: qualiter se habeat Christus ea docet: cum ei per comparationem proximi dicit:

**E**quitatui meo in curribus pharaonis: assimulauit te amica mea:] Scimus: quod equitatus israeliticus currus pharaonis fugiens in mari dimersus

sus dereliquit: nec tamen statim terram reprobationis intravit: sed prius multas repetationes in heremo. et annos sustinuit: multos reges multis laboribus expugnauit. Et sic tandem quod promisus sibi fuerat: laborioso ac quietissim succiperit. Nec sancta alia sponsi amica filii efficiunt: que prius in baptismino operis sua extincta: quasi pharaonis exercitus resurgit. Et post diuinum inter huius mundi habitatores malignos usque spiritus vivit: inimicentia vicis quasi greges alienos prosternit: sic etiam ad beatam terram in qua cum sposo delectetur peruenient. Cui bene dicunt quod subdit.

**P**ulchre sunt gene tue sicut turcū. Turtur postquam parvus suu perdiderit semel: nullus alteri se inngreditur: sed semper solitarie habitat in gemitu perseverat: quod quem diligebat non inuenies querit. Sic sancta alia quecumque dum a sposo suo absens est: ab eius amore non recedit: in eius desiderium se anhelat et gemit: et dum illuz quod valde diligitur non inuenit quia ab omni alieno amore se retrahit: quasi in genaz verecudia castitatem cordis ipso habitu et actu exteriori ostendit. Sequitur.

**C**ollum tuum sicut monilia.] Per collum sponse predicatorum sancte ecclesie designantur. In monilibus genae in auro ponuntur: per aurum quippe sapientia per lapides opera exprimitur. Collis ergo sponsae sancta monilia existit: quod quilibet rector ecclesie predicatorum et sapientia interioris se induit et opera exterioris exercet: que in sapientia videtur. Cui et adhuc subditur.

**M**ureculas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.]

**M**ureculis monilia collo ligantur: quod et sapientia et religio a scripturis sanctis predicatoribus adiungitur. Per mureculas enim sancta scriptura intelligitur: que bene auro et argento vermiculate dicuntur: quod et sapientia predicatione per mundum audiatur. Sicut enim per aurum sapientia: sic per argentum sancta predicatione demonstratur. His verbis sponsa sponsa respondet: et per corgeas verius spes amore intimat: quo spiritualiter intus ardet dicens:

## Expositio beati Gregorij pape

**T**u es et rex in accubitu suo  
nardus mea dedit odore suum.]

**A**ccubitu suum rex tunc intravit: quodam  
dñs noster iesus xp̄us corporaliter celi in  
teriora penetravit. Quo ibi requiescente  
nardus sponse odore suum dedit: quia vir  
tus sancte ecclesie suam famam bonitatis  
longe latet sparsit. Ad celos eum dominus  
ascendit: et spiritu sanctu suu super di  
scipulos misit. Quo impleti verba salutis  
mundo predicarent: et per sancta opera  
boni odoris famam circuque diffunderent.  
Huc quippe spiritu in baptismino unaque  
et fideli anima recipit: ut per eum sibi vir  
tutum confectione vngentia coponat: et pro  
ximos exempli exhibitione quasi vngentii  
odore reficiat. Sequitur.

**V**er fasculus mirrhe dilectus  
meus mihi: inter vbera mea co  
morabitur.]

**D**oloruorum corpora mirrha condiri solent  
ne putrefact adhibemus: dum membra no  
stra in xp̄i exemplarum per eundem mortificati  
onem a putredine luxurie restigimur:  
ne dum ea sine condimento dimiserimus;  
dissoluta putredine escam vermis eter  
nis faciamus. Sed quid est et dilectu suu  
sponsa: non mirrhaz: sed fasculus mirrhe  
nominate: nisi dum sancta mens xp̄i vita ex  
omni parte considerat: contra omnia vicia  
ex eius iniuriatione repugnantes virtutes co  
gregat. Ex quibus sibi fasculu mirrhe  
aptat: quo carnis sue putredine semper  
na abstergat. Qui inter vbera comorari  
dicit: quia in dilectione dei et proximi bas  
titatio xp̄i edificatur. Sancta quippe ani  
ma dum deum sic diligitur: ut proximum non  
contempnatur: et proximi amore sic exequitur:  
ut diuinum non minuat: proculdubio vbes  
ra in pectora sibi locat: quibus xp̄im am  
pliectens ipsum nutritat. Quasi enim vberib⁹  
xp̄us nutritus roborat: dum bac gemina  
dilectione ut fortius inhereat: delectatur.  
De quo et adhuc dicitur.

**X**otruscipro dilectus meus

mihi: in vineis engadi.]

**C**yprus insula est: in qua vberiores vi  
neae et alibi nascuntur. Per cyprum ergo eccl  
esia vniuersalis designata: que multas vi  
neas nutrit: dum in multas ecclesias diuisa  
vini quod letificat cor hominis: gignit.  
Engadi interpretat fons bedi Hecus au  
te antiquus pro peccatis imolabat. Quid  
ergo per fontem bedi: nisi baptismus xp̄i si  
gurat? In quo dum corpus mergit: anima ab  
luit: et per illius fidem qui pro peccatorib⁹  
bus morte pertulit: anima humana a pec  
catis omnibus mundari se credit. Qui mor  
dilectus responderet:

**E**cce tu pulchra es amica mea  
ecce tu pulchra oculi tui colubaz]

**B**is pulchra sponsam suam vocat: quia  
cui dilectione dei et proximi donat: gemi  
nam pulchritudinem ei inserit: quam dilecta  
tur: et quam laudat. Quis oculi bene colu  
bari esse peribens: quia dum in tempos  
ralibus genuit: et ad eterna desideria rapi  
tur: in simplicitate sensus suos custodit: et  
carnales concupiscentias detestat. Colu  
ba quippe in amore pro cantu genuit. Et  
beni sancta anima columbe comparata: que  
dum reprobata quicquid in amore miseri garri  
unt et letant: mens electa in celesti deside  
rio atterit: quia timet ne amittat quodque  
diligit: differat. Possunt etiam per oculos  
colubaris: ecclesiastri predictatores intel  
ligi: qui simplicitatem quam predicant: ser  
uant: et visibilitatem cōtempnentes: ad eterna  
ci magnis gemitibus anhelant. Sequit  
ur vox sponse dicentis:

**Z**Ecce tu pulchra es dilecte  
mi et decorus.]

**P**ulcher et decorus dilectus dicit: quia et in  
divinitate et in beatitate omni amanti se me  
ti sine macula reprehensionis aspicit. Que  
dum sponsa pleno desiderio sequitur omnium  
mundi perturbationum oblinisci: et dum in  
eius pace quiete magis ac magis decos  
ratur. Inde sequitur:

**aa** Lectulus noster floridus.]

## super Cantica canticorum Cap. II

**Q**uid per lectulū sponseris nisi oīs quietē intelligimus? Mens em̄ que sponsum suum singulariter amat xp̄m: inquantū potest ab omnibus sollicitudinibus mūdi vacat: virtutes quibus sponso suo placeat: intus accumulat. Que dū omnia que temporalia sunt cōtempnit. Lectū sibi cū spōso in pace victorie facit: vbi quo quietius pausat: eo amplius flores inuenit: quib⁹ se decozā sponso ostendat. Sequit:  
**L**igna domo nostrarū cedarina: laquearia cypressina.]  
Per domos plures ecclesias intelligimus: per tigna cedarina predicatores designam⁹: per laquearia cypressina ipos populos figuramus. Tigna em̄ tecū sustentant: laquearia vero domū implent et ornant. Sic in sancta ecclesia predicatores boni scripturā diuinā in corde et ore portant: quā fidelibus expandentes predicāterte dum ecclesia predicatione celesti instruit munimenta accipiatis: quo ab ymbribus temptationū protegaf. Cedrus autē et cypressus imputribilia ligna esse perhibent. Quibus bene omnes electi figurantur: quia dū temporalia nullo desiderio se etant: eterni sunt eo q̄ mente in eterna fiunt. Respondebat sponsus et dicit:

### Capitulū II A

**E**go flos campi: et lilyum conuallium.]

Bene floe xp̄s se nominat: qui dum spinas peccatorū exterminat: mē tem sponsi et pulchritudine sue iusticie exornat: et naribus cordis dū celeste desideriū applicat: interiora anīe quasi odore resocillat. Quia sequit adhuc et dicit:

**H**ic lilyū inter spinas: sic amica mea inter filias.]

Bene sicut lilyū inter spinas: sponsa inter filias est perhibet: quia cū multi sint in ecclesia: qui solis verbis xp̄m cōfident: operibus vero nibilē si humanas sollicitudines sectant: sola illa anima in lilyū dignitatem computat: que dū a mortalitatē

radice ad celestē pulchritudinē assurgit: et inuidie candore corde et corpore subiūpi custodit: et proximos quosq; bone opinio nis odore reficit. Sed quia sponsus spon sam suā laude dignā habuit: ipsa iā ex debito laudari a q̄ se laudari perspicit et dicit

**S**icut malū inter ligna siluarū: et dilectus meus inter filios.

**L**igna silvestria elui hominū abiles fructus non gignit. Malus vero quod gignit cōgrue et salubriter homines edūt. Merito ergo per malū xp̄s: per silvestria vero ligna ceteri homines figurant: quia in solo xp̄o cibum salutis quoties querimus inuenimus: in eius verbis et exemplis anīas nostras fructu suaui et salubrē reficimus. Ipse est quippe lignū vite quā nobis tribuit: ipse est qui duz nobis semet ipm inspirat: animā pascit. In ceteris vero si quid refocillatiois inueniamus: non qd illoꝝ: sed quod xp̄i est ab illis sumim⁹ quia quicquid in eis preter deū est mortis seru nobis proculdubio inuenimus.

**S**ub ymbra illius quem deficerabam sedi.]

**U**mbra christi protectio spiritus sancti. Spiritus quippe sanctus mentem quaz replet obumbrat: quia omnem temptationū feruorē temperat: et dum aura sue inspiratiois suauiter mentē tangit: quiescere noxiis coloris feruebat expellit: et quam iam forsan nimius vicioꝝ estus marcidam fecerat: umbra sancti spiritus protectens recreat: ut dum in eius inspiratione sedens pausat: vires colligat: quibus ad eternā vitam robustius currat. Sequit.

**E**t fructus eius dulcis gutturi meo.]

**A**rbor quippe fructifera ipse xp̄us in corde nostro plantatus per fidē existit. Quā si mens digne et instanter excollit fructus nimis interius pulchros et utiles gignit. Quos dum mens capiens: audie comedit: omnes mūdi voluptates pre eius dulcedine postponit. Dulce enim est valde